

continet. Indatum est, sed Christo gratia, non frustra  
perficiet autem Christus suam hinc opus quam primum  
uxor mea jamjam expectat ut pariat, faciat deus  
ut feliciter. Salutate Dnum meum Prefectum Dnum  
Hogenbiff, Benedictum Paulum, D. Augustum D. Staack-  
mannum, Christianum aurifabrum, Lucam picto-  
rem etc. cum eorum uxoribus excepta Prefecti uxore.  
Salutate uxores vestras et familias et filios etc. Dnus  
noster Jesus Christus conservet omnes vos. Ex Hambur-  
go M. D. XXIX. altera post. latere.  
Tanta molis erat etc. J. B. Pomeranus  
Sed mulier cum parit etc. vester  
non loquor de uxore mea.

Gratia Christo  
coram dicemus. Inscriptis.  
Doctissimis et optimis viris D. Mart. Luthero,  
Doct. Justo Jone, Magistro Philippo, et verbi  
Diaconis Dominis et fratribus suis  
Wittenbergae.

60.  
Historia  
Illenii Miro-  
riti

Doct. Martino Luthero Friderico Niconio  
Gratiam et pacem per Christum a Deo patre nostro. Ut  
aliquando Reverende mi D. Luthere, suis jussis, uti debeo,  
obtemperem, et me exspectam debito, mitto ad Joannem Illenii  
minorita historiam, non quidem totam, sed minutas quasdam  
particulas, quantulas ex vetulij Monachis et scriptoribus  
illius reliquiis laceris excipari et corrudere licuit. Ex omnibus  
vero monumentis et libris illis (quorum fuit ingens copia  
et haud dubie adhuc aliqui a Monachis, qui illos olim ocula-  
sarunt, dum perdescent, servantur :) non nisi hoc fragmen-  
ta nancisci potui, et id certe non sine magna diligentia  
et arte. Miris enim studio Monachi isti hujus et aliorum  
Christi martyrii sanguinem et monumenta obstruant  
et occultant, ne de hac terra clamet ad Dominum. Sed  
frustra sanant hanc operam, cum jamjam ventura  
sit, qui omnem omnium justorum sanguinem, qui effu-  
sus est super terram ab impijs requisiturus est. Fuit Illenii  
ille

107

ille tantum olim apud Livonios, quibus predicavit, ut angelum  
se audisse putarint, quotquot concessum fuit illum videre  
et audire: Verum ex hoc libro, quem loco eo, quem cartula  
imposita signavi, folia quaedam dixerunt Monachi,  
ubi ut ex priori folio, quod adhuc est reliquum, vir ille  
suam historiam et martyria descripserat: Inter reliqua  
verò, nisi prologus libri hujus videtur esse, non mali-  
cordis testimonium; quanquam de justificationis sa-  
luberrima atque necessaria doctrina velle illum vel  
scripsisse vel scripsisse certiora. Romanos aliquoties inter-  
pretatur apocalypticam illam esse meretricem, et desi-  
turum illud regnum circa annum Christi 1518. ut est  
in illius rotulis cernere. Supra modum egro tulit ani-  
mo distinctionem illam, quam Monachi primum expo-  
sitarunt, Christianos alios esse, religiosos, alios secula-  
res, ubi vult nullam prorsus religionem salutarem  
esse nisi unam Christianam, sine qua Monachi extra  
salutem sint. De Mahometarum sive Turcarum regno  
triumphis et gloriis in Europam usque propagandis, ut sic  
Europensium consummata malitia et impietas dignas  
poenas det, quae senserit et in rotulis et alibi in hoc  
libro frequenter dixerit; deinde de Christianorum refor-  
matorum regno, de Anti-Christi tyrannide et regno  
Christi hic in terra nihil numeret computi libri celestis.  
quid senserit et quibus probavit scripturis, tu facilius quam  
ego conjicies. Ego enim puto illum non admodum veri-  
similia scribere. Verum hoc unum non possum non mirari,  
quod Roma statuit finem circa annum 1518: et Turci  
regnum ab anno Christi 600. usque ad illius annum 1570  
in Europam etiam extendit. In qua re non video quid  
menciat, verum tu spiritu Christi, qui in te est, scies,  
quis fuerit ille spiritus, qui hoc suggestit et congressit.  
Rogo autem te mihi Reverende Lutheri, ut librum  
hunc Attentè lectum remittas. Dedi enim fidem Monachis  
me hunc diligenter servaturum, et si jubeat etiam remissum.  
Cura

